




Zu dem Diss. Hallen

120



QVAESTIONEM

CVR
MVLTIVM MELIVS SCRIBANT
QVAM LOQVANTVR
ET CONTRA

ORATIONIBVS PVBLICE

HABENDIS
PRAEMITTIT
ET
AD ILLAS BENEVOLE
AVSCVLTANDAS
OFFICIOSE
INVITAT

M. IO. GOTTL. BIDERMANN R.

Litteris CHRISTOPH. MATTHAEL

X.

CHRISTOPHER

CVR

MVLT MELLYS SCRIBANT

QVAM LOQVANTVR

ET CONTRA

ORATIONIBVS PBLICE

HABENDIS

PERMITTIT

BY

AD ILLAS RENEVOLE

AVSCILLANDAS

OFFICIOS

INVITAT

M. Jo. Gottl. BIERMANN R.

IMPR. CHRISTOPH. MATTHEI

X



Feriarum otium superiore hebdomade dispuncturus in libellum incidebam Gallico sermone conscriptum, cuius titulus: *Caractères, pensées, maximes, et sentimens, dédiés à M^{gr}. le Duc de la Rochefaucault*: a) qui cum multa alia praecepta salutaria complectitur, tum concinnum dialogum adiunctum habet, in quo Philemon et Euthymius hoc argumentum excutiant, cur alii male loquantur, qui bene scribunt? et cur vicissim alii male scribant, qui bene loquuntur? b) Et quoniam eadem fabula, mutatis tantum personis, adhuc quotidie agitur; nostris eloquentiae tironibus huius rei causas indicare, solite fugiendas, ab officii ratione haud duxi alienum. Ante vero, quam fontes illos aperiam, aliquot exempla proferentur, quae docent, fieri posse, ut haec duo, de quibus differere institui, seiungi facile possint.

Sunt, qui ex sacris litteris **PAVLLVM** in hunc censum referre non dubitant, electum illud amplificandae fidei sanctioris instrumentum. Licet enim illius epistolas, diuino adflatu consignatas, quas ad posteritatem transmisit, veluti frugis plenissimas, et non minus ad fidem quam ad vitam formandam maxime idoneas, merito summa cum religione colamus; ipse tamen dissiteri non poterat, se et infirmitate corporis et sermonis obscuritate grauius laborare, c) Si enim **NICEPHORI CALLISTI** testimonio niti velimus, d) legatus hic diuinus exigua et humili fuit statura, incuruato corpore, caluo capite, simo naso, facie pallida, et eo corporis habitu externo, vt nullam à formae dignitate consequi commendationem videretur; dignus ea de causa **HEVMANNO** visus, qui in numerum *macromicrorum* referretur. e) Quam mirificam filii et sermonis diuersitatem vbi **HVARTVS**, diligentissimus humanorum ingeniorum explorator, secum expendit, hoc modo disputat: f) haec differentia adeo apta erat et publicationi euangelii adcommodata, vt melior huic vsui in mundo reperiri non potuisset.

ARISTOTELEM vero locum inter eos occupare, qui melius locuti fuerunt, quam scripserunt, ex eo adparet, quod ipse publice professor est, Philosophiam suam non editam esse iis, à quibus, quum differeret, non fuerat auditus. g)

* 2

VIR-

- a) *Paris*, MDCXIV. in 12. b) Entretien de Philemon et d' Euthyme sur deux personnes, dont l'une parle mal, et écrit bien, et l'autre parle bien, et écrit mal. c) 2. Cor. X, 10. d) Hist. Eccl. L. II. c. 37.
 e) *Poecil. T. II. L. IV. p. 568.* f) Scrutin. ingenior. c. XII. p. 320.
 g) *Pag. Gaudensii* Obstetr. litterar. Diss. V. p. 45.

VIRGILIVM, diuini ingenii et fummi nominis poetam, cuius carmina antiquitas venerata fuit, et posteritas admirabitur, in loquendo adeo timidum, tardum, et scrupulosum fuisse, vt ob sermonis vilitatem a vulgo pro stupido et bardo haberetur, MELISSVS et DONATVS copiosis verbis exponunt, h)

Haud ignobile fuit nomen IO. BAPT. EGNATII, artium elegantiorum doctoris apud Venetos, qui saeculum XVI. nominis celebritate illustrauit. Eum tamen hoc vitio immunem non fuisse, ex his BAYLII verbis intelligimus: i) *Les ouvrages, qu' il publia, ne repré- senterent son merite, qu' imparfaitement. Car il parloit beaucoup mieux, qu' il n' ecriuoit; et il faisoit mieux paroître sa belle memoire et l' etendue de sa science dans ses leçons et dans ses conuer- sations, que dans ses livres.*

Neque CAROL. SIGONIVS hac classe est eximendus. Quamuis enim Mutina, Bononia, Patauium, imo vniuersa fere Italia sibi gratulentur, tanti nominis virum suis pomoeiis continuisse, qui fere unus omnium recentiorum proxime ad vetustae Latinitatis pulcritudinem accedere videretur; ad loquendum tamen eo sese inparatiorem sentiebat, quo promptior erat ad scribendum, k)

Quam facilis et expeditus in perorando erat celeberrimus academiae Iuliae doctor, FRIDR. VLRIC. CALIXTVS, tam trepidus et diffidilis videbatur, quum manum ad scribendum et stilo aliquid efformandum adiuuere debebat. Quod vitium ex eo contraxisse putatur, quod sine praecipitis necessariis, et solo ex usu, Grammaticam sermonis Latini sibi finxisse commemoratur, l)

Inter poetas Gallorum haud postremum obtinet locum SAINT-AMAND, qui vbi versus suos publice recitabat, nihil loquebatur suauius et elegantius; m) si vero ab aliis legerentur litteris consignati, elumbes, ieiuni, insipidi, et aridi videbantur, adeo, vt ab alio Gallo se- stiuo hoc epigrammate exagitaretur; n)

Tes vers sont beaux, quand tu les dis:

Mais ce n' est rien, quand je les lis.

Tu

h) in vita Virgil.

i) Dictionaire artic. Egnarius.

k) Les Eloges des

hommes scavants par Mfr. de Thou et Teissier T. II. p. 45. T. III. p. 321.

l) Io. Fabricii Memoria F. V. Calixti, p. 12.

m) Niceron Memoir, T. XIV.

p. 359.

n) Menage Anti-Bailler, T. I. p. 378.

Tu ne peut pas toujours en dire.

Fais en donc, que je puisse lire.

Nolo iam plura in medium exempla adferre, quorum largissima feget adhuc ubique nascitur. Causas potius huius mali, quantum fieri potest, perquiram, ut opportuno tempore fontes illos obstruere discant alumni disciplinae nostrae commissi, Licet enim BALZACVS sine causa sufficiente fieri existimet, ut multi bene scribant, et male loquantur, c^o est, inquis, o) *par hazard, qu' ils ecrivent bien*: idoneas tamen huius rei rationes detexisse nobis videmur.

Et si quidem omnia diligenter circumspicimus, defectus cum naturalibus tum morales obstruere videntur, quominus tam bene loquamur, quam scribimus, aut, versa vice, tam bene scribamus, quam loquimur. Primo igitur loco ipsius linguae et pronuntiationis vitium in medium adferamus. Si quis enim linguae et organorum naevis ita laborat, ut vel balbutiendo, vel haesitando, vel festinando sermonem deprauet, ille omni auscultantium gratia excidit, et risum potius, quam adplausum auditorum consecratur. Imo ipse vultus, gestus, et corporis statura non exiguum adferunt momentum ad conciliandam audientis voluntatem. Quod enim BALZACVS iam nominatus dudum iudicauit: *le peuple a tout son esprit dans les yeux et dans les oreilles*: p) id adhuc quotidiana experientia confirmari, videmus.

Neque minor culpa pars in memoriae infirmitate haeret: quae, nisi tenax satis est et fida, ex oratore garrulum facit blateronem. Bene hanc in rem Gallus supra adlegatus sentit: q) *si l' on n' a pas une memoire mediocrement hureuse, l' esprit est se occupé à chercher des expressions, que bien souvent il ne se trouve, que cela. La chose presse pourtant; il faut parler: on se precipite, on se brouille, et l' on ne sçait se faire entendre. Enfin, qui en manque, il tombe dans des redites continuelles, etc.* Hac mente veteres non solum finxerunt, Musas ipsas matrem habere memoriam; sed singularia etiam templa eidem erexerunt, quod PLATO multis verbis docet. r) Et quamuis naturae beneficio hoc donum constet: industria tamen, vlu, et frequenti exercitio acuitur, conseruatur, et mirifice augetur.

* 3

Quantum

o) Oeuv. divers. p. 79.

r) in Theatr. p. 191.

p) l. c. p. 92.

q) Entretien l. c. p. 194.

Quantum vero congenita animi indoles conferat ad diuersitatem, quae inter loquendum et scribendum intercedit, id quotidie re ac facto experiantur, qui in formandis ingeniis occupantur. Digna sunt verba Galli nostri, quae hanc in sententiam repetamus: s) *Les personnes flegmatiques n' écrivent pas bien ordinairement, et peuvent bien parler, parcequ' il faut, qu' elles soient un peu animées et échauffées par la presence et par l' entretien des gens, qu' elles estiment, et qui ne leur arrive pas dans leur cabinet.*

Idem sentiendum est de illis, qui actionem a sermone suo separant, neque vocem et gestus rebus dicendis conformant: quod qui facit, veluti nervos orationis incidit, ut claudicare et humi repere videatur. Recte enim HVARTVS t) ii, inquit, *sermones, qui in speciem insignes elegantisque sunt, eo, quod multa actione ac spiritu constant, si postea in charta conspiciuntur, nullius momenti esse videntur: cuius rei haec est ratio, quod impossibile est, calamo motus gestusque eos repraesentare, qui antea in suggestu speciem dignitatemque orationi conciliauerant. Aliae contra orationes, in charta inspectae, satis arident: caeterum, ubi pronuntiatæ fuerint, aures aegre eas admittunt, quod actio, quam singula earum membra requirunt, iis haud adcommodatur.*

Infelix etiam obsestrix huius mali nimia obscuritatis adfectatio haberi meretur. Quippe multorum animis ea persuasio infedit, ut id demum eleganter atque exquisite dictum putent, quod non ab omnibus intelligatur. u) Cuius generis homines scite depinxit Gallus anonymus, w) his usus verbis: *ils ont le malheur, de ne pas s' entendre eux-mêmes, s' il est vrai, que c'est un malheur pour eux. Car apres tout cela leur plait, parcequ'ils ne l' entendent pas.* Talis erat, quem ingeniosissimus P. BOVHORS explodit, ita eum compellans: x) *il y a dans votre ouvrage une chose, qui seroit, je crois, fort belle, si nous l' entendions vous et moi.* Alium hoc vitio laborantem cel. SAM. WERENFELSIVS y) hoc modo perstringit:

Frustra rogaris, ut loquaris clarius:

Quae concipis, non clarius dici queunt.

Vt cogitare clarius velis, rogo.

Tandem

s) l. c. p. 92.

t) l. c. p. 342.

w) Ouvrages d' esprit p. 283.

y) de creation. principio p. 559.

u) Reflexions morales p. 273.

x) de Meteor. Orat. p. 12.

Tandem supina quaedam oscitantia et abiecta animi levitas etiam efficit, ut multa legantur melius, quam audiantur. Sunt enim, qui effutiunt, quicquid in buccas venit, neque id prius cogitando deliberant et expendunt, quam pronuntiant, certum et exploratum habentes, quod in publica concione neminem habeant aperte contradicentem. Atenimvero, ubi litteris aliquid est mandandum, tanto plus curae et circumspeditionis adferunt, quanto plures censores extimelcant. Quam in sententiam iam olim PHILO Z) ita differuit: *ὁς γραφει μετα χολην ἐσοφραγίζεται καὶ ἐνδιδυεται τῆς διανοίας ἐνευκαιρέσεως ἑκάστῳ καὶ ἐπερείδεσθαι ἑαυτήν, καὶ μὴ μετεσθαι ἐφ' ἕτερον πρὶν ἢ περιδείξασθαι τὴ προτερὰ βεβαιώσ.* i. e. qui scribit per otium, imprimit et insigit menti singula fideliter, non in transcurso animadversa, sed cunctanter, non prius cogitatione transiente ad sequentia, quam bene pensitatis, quae praecesserant. Sunt autem è contrario alii, qui, ut cum HORATIO loquar, a) *gaudent scribentes, quicquid scripsere, beati,* et sibi in fetibus suis adeo placent, ut emendationem neque ipsi insti- tuant, neque ab aliis admittant, digni, qui ad Quintilium illum ablegentur, de quo idem HORATIVUS canit: b)

*Quintilio si quid recitares, corrige, sodes,
Hoc, aiebat, et hoc: melius te posse negares,
Bis terque expertum frustra, delere iubebat,
Et male tornatos incudi reddere versus.*

Ex his iam disputatis, luculenter, opinor, adparet, aliud esse, bene loqui, et aliud, eleganter atque ornate scribere, imo, haec duo tam facile seungi atque disternari, quam saepe fieri videmus, ut in vno eodemque homine formae venustas à morum concinnitate longe sit diversissima. Et haec adeo sunt certa atque explorata, ut iam sua aetate CICERO, oratorum princeps et choragus, ita pronuntiaret: c) *fieri potest, ut recte quis sentiat, et tamen id, quod sentit, politè eloqui non possit.* Idem PLATO suo testimonio confirmat, aperte professus, d) dicendi genus oppido differre ab stilo et scribendi facultate. HVAR- TVS vero, *multos videre est, inquit, qui bene loquuntur, et male scribunt, atque alios contra, qui terse scribunt, sed inepte loquuntur.* e)

Quae quum ita sint, summa animi contentione eo sibi connitendum esse, eloquentiae tirones intelligunt, ut a prima aetate tam benè loquendi quam eleganter scribendi facultati adfuefiant. Id quod facile consequen- tur,

z) L. II. Ep. 2. a) de art. poet. b) Quaeft. Tuscul. I. c) in Apolog.
d) l. c. p. 342. e) l. c.

tur, si ea, quae litteris consignarunt, iterum atque iterum relegant, corrigant, refingant, et circumcidant, inflata autem comprimant, redundantia coerceant, ambigua illustrent, et obscuris lucem comprimant, redundantia vitium dum vitant, simul caueant, ne in errorem contrarium incurrant. Hoc autem familiare, qui nihil eorum probant, quae cogitando complectuntur, sed, delicato fastidio deprauati, se ipsos identidem inertiae, tarditatis, atque infirmitatis condemnant, neque iis vtentes, quae habent, neque ea inuenientes, quae anxie exquirunt et venantur.

His praeceptis quemadmodum multa cum laude adhuc seruierunt iuvenes, qui cras in palaestram oratoriam prodibunt: ita non dubito, quin Patronorum et Fautorum voluntatem atque audientiam facile sibi sint conciliaturi. Initium perorandi faciet, Musis nostris valedicturus,

WOLFGANG MAGNVS BVCHNER,

Norimberg.

qui, ex vrbe Norimberga Freibergam faustis auspiciis delatus, et liberali Patronorum subsidio ex voto adiutus, vtriusque loci habita ratione, sermone Latino de *excellencia urbium à montibus nomen habentium* verba faciet, Quo facto, eodem pro suggestu vires loquendo experietur

IO. ADAM HENNICKE,

Sangerhaus.

orationem Romano stilo, eoque numeris soluto, conceptam, recitaturus, quae *Deum ex uaria hominum figura mirifice conspiciendum*, repraesentabit, Quod argumentum ita persequetur

GOTTLOB FRIDR. ZVNDLER,

Freiberg.

vt carmine Latino *Deum ex admirabili ingeniorum humanorum diuersitate cognoscendum* pie decantet, et commilitones ad hoc officium religiose cohortetur. Discessuro autem commilitoni vltimum vale adclamabit

GOTTHELF HENRIC. KOEHLER,

Nossen.

et in gloriam familiae suae, multa dignitate exsplendescantis, illius carbonarii, cuius fidem singularem principes Saxonici trecentis ab hinc annis experti fuerunt, memoriam versibus Germanicis renouabit.

Quod institutum vt scholae nostrae Mecaenates sua beneuolentia prosequantur, et cras, si per negotia licuerit, exoptata praesentia cohonestent, qua decet, obseruantia, rogo, P. P. *Freibergae*. d. X. Iun.

MDCCXXXVIII.


Lectioes. v. d. pag.
16. #. 31. 40.

Gal 4179


ULB Halle

3

005 310 962







QVAESTIONEM

CVR
MVLTI MELIVS SCRIBANT
QVAM LOQVANTVR
ET CONTRA

ORATIONIBVS PVBLICE

HABENDIS
PRAEMITTIT
ET
AD ILLAS BENEVOLE
AVSCVLTANDAS
OFFICIOSE
INVITAT

M. IO. GOTTL. BIDERMANN R.

Litteris CHRISTOPH. MATTHAEL

X.

